

SAN POTITO, MARTIRE PATRONO PRINCIPALE  
DELLA CITTA' "ASCULI IN APULIA" – DECRETO PAPAIE DEL 1693



ASCVLANA IN APVLIA.

Officium cum Octaua Sancti Potiti Martyris Patroni Principalis  
Ciuitatis Asculi in Apulia.

**D**IE 12. Ianuarij primæ Vesperæ dicuntur in Choro de Octaua Epiphaniæ.  
**D**IE 13. occurrente Octaua Epiphaniæ Officium, & Missa Copuentualis, ac cæteræ Missæ dicuntur de eadem die Octauæ. Ab Episcopo tamen ob Populi concursum cantatur Missa de eodem S. Potito de Communi vnius Martyris, quæ incipit. — Letabitur. — Secunda Vesperæ dicuntur integræ de S. Potito, cum Commemoratione diei Octauæ; & nihil de S. Felice.  
**D**IE 14. eiusdem Officium fit de S. Potito dupl. primæ Classis (fuit 13. huius) de Comm. vnius Mart. in primo Nocturno — Fratres debitores sumus de Comm. plurim. Mart. in secundo Nocturno Lectiones propriæ — Potitius, &c. in tertio Noct. Euangelium — Nihil est opertum &c. cum Homilia, vt in die S. Policarpi 26. eiusdem mensis. Missa vt supra — Letabitur &c. cum Gloria, & Credo. Orationem habet propriam — Omnipotens sempiternus Deus &c. sine vlla Comm. nisi venerit in Dominica; quia tunc in Officio, & Missa faciendæ erit Commem. de ea cum Euangel. in fine. In secundis Vesperis de S. Potito. Comm. S. Pauli primi Eremitæ, & S. Mauri Abb.  
 Notandum quod infra illas Octauas (siue est in nostra) in quibus fit de festi occurrentibus, semiduplex occurrens in Dominica transferitur in proximè sequentem diem; quæ si fuerit impedita alio simili Festo, transferitur post Octauam.  
**D**IE 15. eiusdem S. Pauli primi Eremitæ semid. Offic. de Comm. Confess. non Pentif. prim. Noct. de scriptura currenti, reliquæ, vt in proprio loco nona Lectio de S. Mauro Abb. in Laudibus Comm. S. Potiti, & S. Mauri Abb. Antif. Similabo. vers. Amauit eum, cum Gloria, & Credo. in secundis Vesperis à Capitulo de S. Marcello Papa, & Mart. Comm. S. Pauli primi Eremitæ, & S. Potiti.  
**D**IE 16. eiusdem quarta die infra Octauam de S. Marcello Papa, & Mart. semidupl. vt in Breuiario. In Laudibus Commem. S. Potiti in Missa verò tertia Oratio de S. Maria pro tempore. in secundis Vesperis de S. Antonio Abb. Commem. S. Marcelli, & S. Potiti.  
**D**IE 17. quinta die infra Octauam de S. Antonio Abb. duplex. in laudibus, & Missa Comm. S. Potiti. in secundis Vesperis de Cathedra S. Petri. Comm. S. Pauli. S. Antonij Abb. S. Potiti, & S. Priscæ Virg. & Mart.  
**D**IE 18. sexta die infra Octauam de Cathedra S. Petri Duplex in Laudibus, & Missa. Comm. S. Pauli, S. Potiti, & S. Priscæ nona Lectio eiusdem, nisi venerit in Dominica, in secundis Vesperis de eadem Cathedra. Comm. S. Pauli, S. Potiti, & SS. Marij, Marthæ &c. Martyrum.  
**D**IE 19. septima die infra Octauam, fit, vt infra Octauam S. Potiti de Comm. vnius Mart. in primo Noct. de scriptura cure. in secundo Noct. Triumphalis &c. in tertio Noct. Euangel. Nihil opertum. Homilia S. Augustini Episcopi, quæ habetur in Octauario Rom. die septima de Comm. vnius mart. sub hoc Euangel. nona Lectio SS. Marij, & Marthæ &c. in Laudibus Comm. Sanctorum. in Missa verò tertia de S. Maria in secundis Vesperis fit de Octaua S. Potiti duplex.  
 Officium S. Canuti semidupl. ad libitum omittitur. Quæ Officia adhibitura occurrentia infra Octauas sunt omittenda, excepto Officio de S. Elisabeth Regina Portugalliæ infra Octauam Apostolorum Petri, & Pauli 4. Iulij.  
**D**IE 20. eiusdem Octaua S. Potiti duplex de Comm. vnius Mart. in primo Nocturno de scriptura currenti in secundo Noct. Principes &c. in tertio Noct. Euangel. & Homil. vt in die, vel desumatur ex eodem Octauario. Missa, vt in die, cum Gloria, & Credo. in secundis Vesperis à Cap. de S. Agnetæ Commemoratio S. Potiti.  
 Suprascriptas Rubricas ab Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Colloredo renissas correctas, & relatas Sacror. Rituum Congreg. approbantes, & que in Ciuitate, & Diocesi Asculana in Apulia dumtaxat, prout iacent, in Festo, & per Octauam S. Potiti Martyris eiusdem Ciuitatis Principalis Patroni, & Protectori. scriptam mandauit, ac imprimi posse censuit. Quouero ad Ieiunium Vigiliæ, Episcopus vratur iure suo, quem admodum quoad Officium, & Missam ratione concursus, modo non omittatur Officium, & Missa Epiphaniæ. Die Prima Augusti 1693.

A. Episcopus Ostien. Card. Cybo.

B. Inghirami Sac. Rit. Congr. Secr.





**Innocenzo XII di Spinazzola  
al secolo Antonio Pignatelli**